

*Doc. 35 (Scriptum est nobili
viro Iohanni de Monteforti...)*

Basilicata University Press

—

Digital Humanities

Edizioni e data-bases digitali
sotto la direzione di Fulvio Delle Donne

*Doc. 35 (Scriptum est nobili
viro Iohanni de Monteforti...)*

1296-08-21

Scriptum est nobili viro Iohanni de Monteforti Squillacii et Montis Caveosi comiti, regni Sicilie camerario, dilecto consiliario familiari et fideli suo etc. Strenuitatis tue meritis grandem de te fiduciam obtinentes custodiam palatii et defensarum nostrarum Lacuspensilis et cum eis procuracionem casalis Montis Marconis defensis ipsis anexi, amoto inde quolibet alio, tibi durimus usque ad nostrum beneplacitum committendam, fidelitati tue mandantes quatenus palatium defensas et casale predicta statim ad manus tuas recipiens illa cum debita diligentia custodiri facias, et pro parte nostre curie procurari, servaturus et servari factururus tenaciter constitutiones clare memorie domini patris nostri et nostras editas super custodia forestarum. Et ecce custodi palatii et forestarum ipsarum damus per alias nostras litteras in mandatis, ut a custodia ipsa desistens dictam palatium cum armis victualibus munitionibus et aliis rebus curie ibidem sistentibus tibi vel nuncio tuo debeat assignare tam palatium ipsum quam defensas ipsas, tue deinceps vel statutorum tuorum custodie relicturus custodiendas et procurandas cum casali predicto per te vel statutos eosdem usque ad nostrum beneplacitum supradictum.

Datum Aquis per magistros rationales etc. die XXIII novembris XI indictionis (1297).